FERIALIBUS DIEBUS.

Ferialibus diebus Tempore Resurrectionis, id est usque ad Ascensionem, Prostrationes non fiant, Psalmi Vesperarum de Psalterio accipiantur, pro currenti Feria, et dicantur sub una tantum Antiphona, ut pag. 52. notatum est.

Capitulum **Christus resúrgens.**, Hymnus **Ad cenam Agni próvidi.**, ℣. **Mane nobíscum.**, ut Sabbato in Albis, pag. 198. et seq.

Ad Magn. una ex Antiphonis infra notandis, quæ per totam hebdomadam dicatur, quando de Tempore agitur præterquam in Feriis Rogationum. Omittantur Preces.

Oratio Dominicæ, etiam in Feriis Rogationum.

Memoria de Cruce per Ant. **Crucem sanctam súbiit.**, ℣. **Dícite in natiónibus.**, Or. **Deus, qui pro nobis.**, pag. 201. et 202.

PER HEBDOMADAM DOMINICÆ IN OCT. PASCHÆ,
QUANDO DE TEMPORE AGITUR.

Ad Magnif. Ant. viij. toni.

Oratio. Præsta, quæsumus., pag. 201.